




De testamento seu foedere Dei unico & aeterno Heinrychi Bullingeri brevis expositio.

<https://hdl.handle.net/1874/420700>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**


More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E oct.
183
U.B.U.




De Fide





hercules nā tñ ei iuasit. uastariq; stelenū dñ euristeus asto
rge occidit rōle id dñ q; audi patre suo. Nec pñ ampi
to deiamma q; ei cūrē legiprime su on patē hercules eō pñ
erat mitit illa illi hanc epistolā. Ab illis quiescebat qua
i qua comendat q; quāuis amato pñ eū generauerat. D
imittet eū tam dimittit ualuit. et ille abe. iste ilus filius
hercules un
ma postpi
epistole ē s
euli q; ipsi
erit se id
Theologia

Octavo n°. 183.

ut ego partis
lugo quā corrup
tū referā part orni
rus fuit atq; uigo
ab ercole filios m
arma tradidit amico. Namq; cū ei pepit. Non t̄ emen
eā de patria sua adducere. dñ se utantes fuit uir spōren
mūq; nuptā n̄ p̄mitatas uestē cū tas habens fibas quis he
es ih dicit. Victore uite succi uolauerit ih ē. Quārū de
uasse quenor. Ii uelt euristeus nulla relata t̄. Vnde ego si
euristeus fuit rex q; ipulsu uno facta nouca iamo. Lam ih
ms ercole s̄ famularū ad loca pi
cūlosa mittebat q; q; odio eūt
hebat. m̄dis omib; en p̄de mitteba
t̄. At n̄ ille uenus. amphitriō
fuit rex thēbanus q; cū p̄fect
et ab obſidione ciuitatē euri
thū ei formā imp̄ accipieſ
uenit ad uxori ei alementā cū
q; ecumbens geminata nocte
genuit hercule. ih ē. Cui nox gendo q; evidēt ibi aſten
si c. Qd te. b̄ atlas cū gigant̄ ihē ſepe ſub his uō p̄fus
tu maritne ſtē debet ab dñ
omuit ercole ut uice ſui ſui
tinet celū ih ē. Tene ferunt
geminos ſiſe tenacit angues.
ius uelabat iſumū uo







N. 10 B.

111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

DE TESTA

MENTO SEV FOEDERE

Dei unico & æterno

Heinrychi Bullin
geri breuis

EXPOSITIO.

Ex d. m. B. Bulli

I E S V S

H I C eſt filius meus dilectus in quo
placata eſt anima mea, i p ſum audite.

Matthæi 27.

T I G V R I, I N A E D I B V S C H R I
S T O P H. F R O S C H. M E N S E
Septemb. An. M. D. XXXIIII.



DE TESTA

De testa et de testis

De numero et numeris

Habemus probabilitatem

Probabilitatis

Probabilitatis

Probabilitatis

Probabilitatis

Probabilitatis

Probabilitatis



DE TESTAMENTO 2
SEU FOEDERE DEI VNICO
& æterno Heinrychi Bullin-
geri breuis expositio.



Icturus bre-
ui compēdio
de Testamen-
to seu fœdere
Dei unico &
æterno, in q̄
explanando
cum diuino spiritu inspirati pro-
phetæ, tum ab ipso Dei filio insti-
tuti apostoli iustos etiam libros
ædidere, in primis spiritum tuum
imploro Christe Iesu, quo imbū-
tusclare breuiter sobrie & secun-
dum analogiam fidei de re ardua
necessaria pariter & utili dissere-
re possum.

Primum autem uidetur certa
quædā huius nominis ratio con-

A ij

EXPOSITIO

stituenda, quod uarius in sacris
Testamenti sit usus, ut toti dispu-
tationi accedat & lux illustrior &
certitudo maior.

Nomenclatura Testamēti. Vocula ergo בְּרִית quam LXX.
constanter uerterunt Διαθήκη. La-
tini uero Testamentū, aliquoties
ipsam significat hæreditatem quæ
testamēto obuenit. Nā διατίθεμαι
testari est, & τὴν διαθήκην ἡστῶ
mento aliquid hæredibus mādo.
Et Latinis Testamentū condere
est supremam uoluntatem testa-
ri. Testamentum enim dictū uo-
lunt quasi uoluntatis nostræ testi-
monium. Vlpianus iureconsultus
iustum uoluntatis nostræ senten-
tiā dixit, quam quis post mortē
suā fieri uelit. At Gellius & post
hunc Lauren. Valla iurisperito-
rum etymologiam improbantes
ne-

negant Testamentū uerbum esse
 duplex à mentis uidelicet conte-
 statione compositū, sed simplex
 esse contendunt à contestatione
 productum quemadmodū & sa-
 cellum, quod non sit ex sacro &
 cella compositum, sed ex sacro di-
 minutū. Porrò à testor quod est
 testamentum condo, fit testator is
 qui testamentum condit. Atque
 hac significatione usus est hac uo-
 ce Christus apud Matthæum in
 XXVI. cap. & Paulus in epist.
 ad Galatas III. cap. & ad Heb.
 IX. Multus quoque eius usus est
 apud iurisperitos. Rursus *Διατίθε-*
μαι ἀντι τῷ συντίθεμαι est pacis cor
 & stipulo : unde *διαδίκη* numero
 singulari pactum & conuentum
 & pollicitationē, hoc est *επαγγελία*,
 significat. Et apud Latinos à teste

A ij

EXPOSITIO

fit uerbum testor quod propriet
est testimoniū dico & iureiuran-
do affirmo: unde Testamentum
in sacrī libris aliquoties ponitur
pro promissione, nec quauis, sed
iureiurādo firmata: sic Zacharias

Lucæ 1. apud Lucam, Ut memor esset, in
quit, testamēti sui sancti, Ius iurā-
dum quod iuravit patribus da-
Act. 3. turū se nobis. Et Petrus in Actis,
Vos estis filij prophetarū ac te-
stamenti quod testatus est Deus
erga patres nostros. Item *Διαδήκυ*
uel Διαδήκω numero plurali pa-
ctum quoq; ac foedus significat,
eui maxime respōdet Hebræorū
וְהַבָּרְךָ בְּזֶבַע hoc est pepigit
aut foedus inījt deriuat: qua signi-
ficatione usurpauit Moses in cap.
X V. & XVII. Sic & nos usurpa-
bimus in expositione præsenti.

Fœ-

Fœdus autē Latinorum gram- Fœderis ra
matici ex eo dictum putant quod ^{tio et mo}
in fœdere feriendo porca fœde ^{dus.}
hoc est crudeliter feriretur. Pro-
prie uero fœdus inter hostes fit
dum à bello disceditur: ponitur
tamen pro amicitia & cōiunctio-
ne, sed quæ solenniter & certis cū
ceremonijs tū conditionib. coījt.
Nam in fœderibus certæ priscis
erant ceremoniæ, cōditiones præ
scriptionés ue certæ, aut si mauis
appellare capita, quibus scilicet
cōditionibus coēat fœdus, quan-
diu uinciat. Accedit fœcialis qui
cōceptis uerbis & ceremonijs pa-
ctum firmat: post quæ protinus
scribūtur & tabulæ, rationem to-
tius fœderis scripto comprehen-
dentes transmittentesq; ad poste-
ros, Quin & in testamētis haud

A iiiij

E X P O S I T I O

dissimilis est ratio, siquidem pri-
mo scribunt̄ hæredes, deinde de-
scribitur hæreditas, item qui hæ-
reditate possint excidere, quin &
tabulis ne qua fraus fiat commit-
tuntur & obsignātur omnia. In-
terim uero dum mors testatoris
non intercedit testamentum non
ualet. Sed quorsum hæc? Quod
ipse Deus qui humana appellati-
one mysterium hoc unitatis so-
cietatisq; diuinæ nuncupare di-
gnatus est, idem & humanū mo-
rem propter ingenij nostri imbe-
cillitatem in feriendo födere uel
testamenti institutione sequutus
est. Vnde cōmodissime uidebar
facturus si hoc ordine perq; fö-
deris conditiones incedens de te-
stamēto Dei unico & æterno dis-
sererem,

Quod

Quod autem Deus hominum *instrumen-*
more foēdus nobiscum pepigerit *tū fœderis*
testabuntur sequentia Mosis uer-
ba, quæ XVII. Gen. cap. in hanc
leguntur sententiam, Postquam
uero nonaginta & nouem anno-
rum esse cœperat Abram, appa-
ruit ei dominus, dixitq; ad eum:
Ego Deus omnipotens siue om-
nisufficiētia. Ambula coram me
& esto integer. Ponamq; foēdus
meū inter me & te & inter semen
tuum post te in generationibus
suis fœdere sempiterno, ut sim
Deus tuus & seminis tui post te.
Daboq; tibi & semini tuo post te
omnem terram Chanaan in pos-
sessionem æternam, eroq; Deus
eorum. Et tu quidem pactū meū
custodies, tu & semen tuum in ge-
nerationibus suis. Hoc est pactū

A v

EXPOSITIO

meum inter me & uos & semen
tuum post te. Circumcidetur ex
uobis omne masculinum. Ma-
sculus autem cuius caro præputij
circūcisa non fuerit delebitur ani-
ma illa de populo suo: quia pactū
meum irritū fecit. Hæc sunt uer-
ba foederis, non uerbotim appen-
sa sed summatim collecta cōpre-
hensaꝝ: quæ si perpēdas exactius
uidebis Deum omni modo mo-
rem retulisse humanū. Primum
enī exponitur qui cōuenerint,
Deus uidelicet & semē Abrahæ.
Deinde quibus cōditionibus con-
uenerint, utique his, quod Deus
uelit esse seminis Abrahæ Deus,
& quod semen Abrahæ integre
corā Deo debeat ambulare. Item
quod foedus inter ipsos feriatur
perpetuū. Iam & ceremonia qua-
dam

dam sanguinea firmātur omnia.
Nam de tabulis nō est quod mo-
neam. Siquidem tabularum loco
sunt uerba Mosis, quæ iam nunc
recensuimus, aut si copiosiora ma-
lis, uniuersa scripture canonica.
Nihil igitur nunc restat, quām ut
de singulis sigillatim dicam.

Est autem ineffabilis misericorDeus in iust
diæ & gratiæ diuinæ argumentū fœdus cū
quod ipsum numen, ipse inquam semine A.
braham.
Deus æternus, ipsum fœdus pri-
mus offert, nullis ad hoc hominū
meritis adactus, sed mera & nati-
ua bonitate impulsus. Nec scio
an humanum ingenium hoc my-
sterij uel plene concipere, uel di-
gnis laudib. possit uehere. Quid
enim in orbe maius factū aut au-
ditum est unquam, quām quod
æterna illa uis & maiestas, immor-

EXPOSITIO

talis inquam ille omniscius & omnipotēs Deus, conditor uniuersi, in quo omnia subsistunt, à quo omnia sunt, & per quem conservantur omnia, foedere se miseris & peccato corruptis iunxit mortali bus. Hæc nimirum religionis nostræ origo & illud caput primarium est, sola Dei bonitate & misericordia nos saluari. Hoc nimirum illud est quod propheta Domini in hymno sacro, celebri præconio toti commēdauit orbi,
Psal. 102 canens, Pius & plenus gratia dominus, latus ira, & magnus misericordia. Non in æternum contendit, neque in æternum seruat odium. Non facit nobis secundū peccata nostra, & iuxta scelera nostra nō retribuit nobis. Quoniā secundum altitudinem coeli erga terram

terram praeualet misericordia eius
 erga timentes eum. Secundū lon-
 gitudinem orientis ab occidente
 longe facit à nobis transgressio-
 nes nostras. Sicut miseretur pater
 filiorum, ita miseret dominus eo-
 rum qui se timent. Ipse enim no-
 uit quale sumus figmentum, & qđ
 è puluere sumus &c. Sic inquam
 diuinæ misericordiæ bonitatiqđ
 debemus quicquid sumus & quic
 quid conditarum rerū in usus &
 delectationem nostri creatū est.
 Deus enim omnia propter homi-
 nem cōdidit. Imò & longe maio-
 ra misericordiæ suæ argumēta in
 ipso exhibuit homine. Perfidum Gen. 8
 enim collapsumqđ erexit prius
 & bene sperare iussit: cumqđ tota
 Adæ progenies ac posteritas com-
 meruisset flagitijs nephandis, pdi

EXPOSITIO

funditus, iustitiam quidē suam dī
Gen. 8 luuio terræ infuso exercuit, at mi-
sericordiā Noë & filijs abundan-
tissime exhibuit. Quid quod ean-
dem nūc foedere sempiterno cum
Abraham & posteritate eius pa-
cto ob oculos omniū mortalium
statuit clarissime: ut nūc de Deo
& bonitate eius hoc dicere pos-
sum, quod de Carthagine dixit
Salustius, Satius esse silere quām
pauca dicere. Atqui hisce omni-
bus hoc dictū uolo, Deum illum
optimum maximū esse qui cum
Abraham & semine eius pepige-
rit foedus: nunc de semine Abra-
hæ d̄ cemus.

Qui sunt semen A brahe. Atq̄ hic quidē facile quis impe-
gerit nisi regia incesserit uia. Qui
enim conditiones duntaxat fœ-
deris expendunt, gratiam uero &
pro-

promissionem Dei negligūt, infantes fœdere excludunt: eō uide licet qd pueri fœderis capita non modo non obseruent, sed ne intelligant quidem. At qui fœderis tantum sacramentū ceremoniam siue signū spectant, eos accensent fœderi, qui reuera exclusi sunt. Cæterum si singulis tribuas singula habeasq; non conditionum fœderis modo, sed & pmissionis siue misericordiæ Dei, ætatis ac rationis respectum, deprehendes credentes ex Iudæis & Gentibus esse illud semē Abrahæ cum quo fœdus iniit Dominus : interim uero sobolē, hoc est infantes istorum fœdere nequaquam excludi: excludi autē ubi accedēte rationis usu fœderis cōditiones negligūt. Nō secus atq; uidemus liberos pa-

E X P O S I T I O

rentū esse liberos imò & hæredes tametsi per primos ætatis annos nesciant se esse parentum uel liberos uel hæredes. Abdicātur autē postquā ad rationis usum peruenientes parentum iussa negligūt. Tum enim parens illos nō filios aut hæredes, sed profligatos appellat nebulones. Falluntur qui se nativitatis suæ prærogatiua nihilominus filios familias iactitāt. Nam nihil à seruo distat qui iura pietatis in parentes uiolauit, imò seruo hoc deterior est, quo ipsa etiam naturali lege parētibus maiora debebat. Hinc uero nobis illa apud prophetas & apostolos enata est disputatio de semine Abrahæ, nempe quod non omnis qui natus sit de Abrahā sit semen Abrahæ, sed qui promissionis sit filius

filius, hoc est fidelis, siue is Iudaeus
siue Gentilis sit. Iudei enim iam
grandes foederis negligebat con-
ditiones, interim uero se nihilo-
minus populum Dei esse gloria-
bantur, freti circuncisione & quod
parente Abraham essent geniti.
Id uero pernegat & impugnat no-
modo Christus cum apostolis, sed
uniuersum etiam prophetarum col-
legium. Quod propter eos dicimus Veteres
qui in Nouo testamēto primum quodq; sp̄
spiritualis seminis Abrahæ men-ritualis po-
tionem fieri existimarunt. Confe-pulus q; ha-
ratur uel unicū Ieremiæ cap. IIII. buit ex p;
quo differit propheta de circunci-mīssiones
sione uera, cum II. cap. Pauli ad spirituales
Romanos: conferantur inter se
quæ Isaias, Ieremias, Ezechiel, &
cæteri prophetæ scripserunt in ge-
neris Abrahæ fiduciam, cum ijs

B

EXPOSITIO

quæ Christus apud Ioannem, in
VIII. Paulus quoque in Roma-
norum & Galatarum epistola di-
sputauit, & liqdo apparebit eun-
dem esse sp̄iritū qui per prophe-
tas et apostolos paria ante & post
Christum natum de uero semine
Abrahæ tradidit. Proinde quæ
iam in sacris cōtra carnale semen
pro spirituali semine dicta sunt,
aduersus eos dicta sunt, qui iam
adulti suæ nativitati circuncisio-
niq; aut si maui carnii & initiatio-
ni fidentes externisq; rebus glo-
riantes ueram animi pietatem ne-
gligebant. Interea uero nō exclu-
dunt liberos natos parentibus fi-
delibus q; ex gratia & uocatione
Pueri fidei promittentis, Dei sunt. Nam ex
lum semē gratia hoc loco promittit Deus
Abrahæ. & ait, Ero Deus tuus & seminis
tui

tui post te. Et multo clarior, Hoc
est pactum meū inter me & uos,
& semen tuum post te, Circunci-
detur ex uobis omne masculinū.
Rursus ne quis hoc ueteris testa-
menti hominibus non item noui-
dictum autumet Paulum audiat
loquentē Galatis, Quotqtt Chri-
sti sunt semē Abrahæ sunt. Item,
Qui hæredes sunt Abrahæ se-
mē sunt. Rursus, Qui sancti sunt
Abrahæ semen sunt. His si adiun-
gas, Sed pueri Christi sunt, hære-
des sunt, sancti sunt, sponte conse-
quitur, ergo pueri semē Abrahæ
& in foedere sunt. Huc enim per-
tinent uerba Christi, Sinite par-
uulos uenire ad me, talium enim
est regnum cœlorū. Et illud Pau-
li, Sanctificañ uxor incredula per
maritum fidelem, Alioqui filij ue-

Galat. 3.Luce 18.1. Cor. 7.

B ij

EXPOSITIO

stri immundi essent, nunc autem
sancti sunt, certè ex gratia & misericordia Domini. Verū hic obij-
ciunt quidam: Ergo dum parens
infidelis est, puer qui ab eo progi-
nitur foedere exclusus est. Et infi-
delem uocant, qui uita impuriore
prophanat nomen domini quod
alias ore confitetur. Cæterum hi
non expendunt quod parens se-
mel populo Dei inscriptus est, &
quod parentum culpa nō redun-
dat in filios: id quod Dominus
apud Ezechielem in X V I I.
cap. multis indicauit. Circuncisi
sunt filii Israël & populus Dei ap-
pellati tametsi prognati fuissent
parentibus malis, quos ob mur-
mur impium dominus prostraue-
Deut. i. rat in deserto. Dixit enim, Paruu-
li uestri & filii qui hodie boni ac
mali

mali ignorat distantiā, ipsi ingredientur, & ipsis dabo terram, & possidebunt eam. Item Apostolus in I. ad Corint. cap. VII, satis indicat, quam propitius sit dominus ihs liberis qui altero duxerat parente nomen domini contente prognati sunt. Neque uerisimile est Deum illum clementissimum liberis nostris post missum saluatorem iniquiorem & inclemtiorem factum, quam fuerat erga istorum liberos, quos ante missum Christum in peculiū elegerat. At satis constat liberos istorum uel malis ortos parentibus fuisse circuncisos & intra populum Dei inscriptos: nihil itaque dubitamus de Christianorum liberis, sed hos libere in ecclesiā fidelium baptimate suscipiēdos cēsemus.

B iii

Verū de his aliās. Ex ijs quæ ha-
ctenus disputata sunt clarere pu-
to qui sint semen Abrahæ, & qd
illud hoc ipsum semen sit cui de-
betur haereditas.

Conditiones fœderis.

Nunc ad conditiones huius fœ-
deris descendimus. Qui enim con-
nectuntur fœderibus, certis con-
nectuntur præscriptionibus, ut
quæque partium suum norit of-
ficiū, nempe quid hæc præstet
alteri, & quid uicissim illa expe-
ctet ab altera. Deus itaque qui in
hoc fœdere primas obtinet, p̄tia
mo suū exponit de promitq; inge-
nium, qualem se nobis præstare
uelit: deinde subindicat quid ui-
Promissio ciſſim à nobis exigat & quid nos
nes Dei, et facere conueniat. Itaque disertis
qualem sc̄ uerbis & magno cum pōdere sic
nobis hoc fœdere of pronūciat, Ego sum Deus omni-
ſerat. suffi

sufficientia plenitudo & copiæ
cornu, id est ea uis & illud bonū,
quod solū homini satis esse que-
at, quod nullius indigū rei omni-
bus omnia suppeditat, æternum
per se uiuit mouetur & agit. Hæc
enim omnia semel significat inç
se comprehendit dictio Hebræa
יְהוָה Schadai, qua & unitatem &
omnipotentiam bonitatem om-
nem ñ virtutem suam mira & fœ
lici breuitate adumbrauit Domi-
nus. Cum autem nimia breuitas
plerunque obscuritatem inducat,
mox explicandi gratia addit, Po-
námque foedus meum inter me
& te & inter semen tuum post te,
ut sim Deus tuus & seminis tui
post te. Non enim sat est credidis
se Deum esse aut etiam omnisuf-
ficientem esse, nisi præterea cre-

B iiiij

EXPOSITIO

das illum Deum omnipotentem
Hebr.ii omnium rerū conditorem tuum
esse Deum, imò remuneratorem
omnium quārentium se. Iam ut
liquido demōstraret quid sit esse
Deum omnisufficientem, Deum
fidelī & remuneratōrē timenti-
bus se, ceu uiuis exēplis suppactis
addit, Daboq̄ tibi & semini tuo
post te omnem terram Chanaan
in possessionem æternam, eroq̄
Promissio
nes ueteri
bus factas
non oīno
carnales
esse. Deus eorum. Quæ tametsi de ter-
ra Chanaan promissa sint adim-
plenda carnaliter : nam in rebus
quoque ad uitæ usum pertinen-
tibus bonitatem suam prodit do-
minus, attamē multis nominibus
de æterna hæreditate, uita utique
cœlesti exponenda uident̄, in pri-
mis uero quod in hæc uerba Pau-
Hebr.ii lus ad Hebræos scribit, luxta fidē
mor

mortui sunt Abraham, Isaac, Iacob cum nō accepissent promissiones, & procul eas uidissent & credidissent salutassentq; & confessi fuissent se hospites atque aduenas esse in terra. Nam hæc qui dicunt declarant se patriam inquirere. Iam si illius memores fuissent unde fuerant profecti, habebant opportunitatem reuertendi, nunc autem meliorem expetūt, hoc est cœlestem. Proinde Dominus terram quidē Chanaan nominauit, sed in hac cætera quoq; dona, spī ritualia etiam, & beneficia maiora intellexit. Cæterum ijs declarare uoluit quodnam sit ingeniuū suū, aut quid illud sit qd dixerat, Ero Deus tuus. Ad explicationem huius faciunt & promissiones reliquæ, Benedicam tibi & magnifico. Genn. 12.

E X P O S I T I O

cabo nomen tuum erisq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicētibus tibi: atque in te benedicētur universae cognationes terræ. Item,
Gen.15 Noli timere Abraham, Ego protector tuus & merces tua magna nimis. Rursus, Multiplicabo te sicut astra cœli & faciam te patrem multarum gentium. Ex his enim omnibus æstimare possumus qd sit Deum illum summū, nostrum esse Deum, omnissufficientiā esse, nobis confederatū esse, quodq; illius promissiones atque conditiones oblatæ nō carnales tantū sed & spirituales sunt. Ipse enim in primis dominus Iesus, exposi-
Galat.3 tore ad Galatas Apostolo, Abrahæ promissus est, in quo est plenitudo omnis, iustitia, sanctifica-
1.Cor.1 tio,

tio, uita, redemptio & salus, de cui
ius plenitudine nos omnes acce= Iod. 1
pimus, gratiā pro gratia, quia in Collos. 2
ipso complacuit patri inhabitare
omnem plenitudinem, & per san-
guinem crucis eius pacificare om-
nia quae in cœlo & quae in terra
sunt. Atq[ue] ille idē illa ipsa hæredi-
tas est quae hoc Dei unico & æter-
no testamento credentibus lega-
ta est, cuius summa (si quis anace-
phaleosim petat) hæc est, Deus
coeli summa illa & æterna uis ac
maiestas, per quam sunt omnia,
in quo cōsistunt & mouētur om-
nia, uult Abrahæ & seminis eius
esse Deus, hoc est, is offert se illis
fruendum, utpote sufficiētia om-
nium eorum quae homini necesse
sunt, ut nūc opem & uires omnes
his polliceatur, se scilicet istorum

EXPOSITIO

fore protectorem, facietatem, ser-
uatorem, qui infirmum aliás ho-
minum genus animo & corpore
sit cōfirmaturus & per Christum
Dominum à peccatis & æterna
morte liberaturus, donatusq
uita sempiterna. Hæc de officio
& partib. in hoc fœdere, Dei, qui
sub inuolucro terræ Chanaan &
seminis benedicti, ueluti copiæ
cornu & omnes coelestes thesau-
Isiae 55 ros nobis apperuit, & ad fruendū
omne genus hominū inuitauit:
audiamus nunc quid ille uicissim
à nobis exigat atq expectet.

*Officia ho-
minis &
que ipsum
deceant.* Tu uero, ait, pactum meum cu-
stodies, tu & semen tuum in gene-
rationibus suis. Ambula coram
me & esto integer. Hæc inquam
nostrarū partium, hæc nobis ob-
seruāda sunt. Tu, inquit, pactum
meum

meum custodies, id est, me pro omni sufficientia tua unū ac solum
in rebus omnibus habeto, uni mihi toto corde adhæreto. Sic enim
& Moses ista in Deutero. expo= Deut. 13
suit, dicens, Dominum Deum uestrum sequimini, ipsum timete, &
mandata illius custodite & audite uocem eius, ipsi seruietis & ipsi
adhærebitis. Quid quod protinus in ipsis pacti uerbis sequitur:
Ambula coram me: quibus uerbis ut nihil breuius ita nihil potuit dici euidentius, nisi quod Ambulare ad morem Hebraicū pro conuersari posuit, qui idiotismus apud nos sic exprimit, Schickt dih wol vnd rächt zewandlen vnd zeläben. Coram me autem dixit pro eo quod est ad nutum & placitum meum.
Sensus ergo est, Vitam tuam per

EXPOSITIO

omnia ad uoluntatē meam insti-
tue. Cæterū quæ illa Dei uolun-
tas sit, & quomodo coram Deo
possimus ambulare, denuo cla-
riorib. exponit uerbis his, Et esto
integer. Nam fidei constantia &
synceritas, denique uitæ innocen-
tia ac puritas, illa est integritas &
uia recta qua corā Deo ambulant
sancti. Sic enim & Moses in Deu-
Deut. 10 tero. Et nunc Israël, ait, quid do-
minus Deus tuus petit à te, nisi ut
timeas dominū Deum tuum, &
ambules in uijs eius, & diligas eū,
& seruias domino Deo tuo, in to-
to corde tuo, & ī tota anima tua.
Micheas 6 Et Micheas, Indicabo tibi, ô ho-
mo, quid sit bonum & quid do-
minus requirat à te: utique facere
iudicium & diligere misericordiā
& sollicite ambulare cū deo tuo.
Sed

Sed quid multis opus? Nostrarū partū est uni Deo per fidem constanter adhærere, utpote uni & soli omnium bonorum authorī, & ad placitum eius in innocētia uitæ ambulare. Nam qui hæc neglexerit, & alienos quæsierit deos, impie quoque uel turpiter uixerit, ac Deum ceremonijs rebūs ue externis magis quam uestra sanctimonia coluerit, hic födere exclusus exhæres & abdicatus erit.

In hisce porrò breuissimis capitulois scri-
tibus foederis tota consistit summa pietatis, imò nihil aliud omniū aetatum sanctis per uniuersam scripturam traditum cōstat, quam quod hisce capitib. foederis comprehensum est, nisi quod successione temporū singula fusius &

EXPOSITIO

clarior exposita sunt. Quæcunque enim in scripturis sanctis de unitate, potentia, maiestate, bonitate & gloria Dei dicuntur in hoc unico fœderis uerbo comprehensa sunt, Ego dominus omnisufficientia. Quæcunque uero promissiones de beneficijs corporeis, de gloria, regno, uictorijs, opibus & uitæ necessarijs conscripta sunt, unico huic fœderis includuntur uerbo, Dabo tibi seminiq; tuo terrā Chanaan, eroq; Deus eorū. Item quæ post aliquot tempora de Christo domino tā in figura quam in ueritate copiosius sunt tradita, quæ de iustitia eius, de sanctificatione & redemptione fidelium, de hostia, sacerdotio & satisfactione Christi, de regno & uita æterna, item de uocatione omnium gentium,

de

de benedictione spirituali, de abrogatione legis, de gloria ecclesiæ collectæ ex Gētibus & Iudæis, in hac unica promissione prænunciata sunt. Et benedicentur in te omnes gētes, Et tu eris pater multarum gentiū : unde nomē tuum nō Abram amplius, sed Abrahā uocabitur. Rursus quæ de fide in Deum, de uanitate idolorum, de adorando uno Deo, deq̄ unius Dei inuocatione & cultu, de iustitia item uera, de iudicio, æquitate & charitate colenda, per leges uarias, per orationes prophetarum complurimas , perq̄ apostolorū epistolas, denique per euāgelicas historias sunt pdita, hisce paucissimis sunt inuoluta, Tu autē pactū meū custodies, ambulabis coram me, & eris pfectus siue integer.

C

EXPOSITIO

Collatio totius scripturae ad foederis capitula.
Quod si libet confer hisce foede-
rum capitibus legem prophetas
& ipsas apostolorum literas & de-
prehēdes omnia istorum huc ceu-
ad scopum esse relata. Nam lex
(ut de hac primū dicamus) etiam
ipso domino teste partim amore
Dei, partim amorem proximi tra-
dit. Hoc ipsum & foederis capiti-
bus traditur. Quin ipse Decalo-
gus conditionum foederis ueluti
paraphrasis quædā esse uidetur.
Nam quod hic breuibus dicitur,
Ego Dominus omnissufficientia,
per decalogum copiosius expo-
nitur, ad hūc ferme modum, Ego
sum dominus Deus tuus qui edu-
xi te de terra Aegypti. Rursus qđ
uerbis testamēti strictissime pro-
nunciatur, Tu pactū meum custo-
dies, ambulabis coram me, eris cō-
intes

integer, idem in decalogo per enumerationem quandam sic expōnitur, Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, Non assumes nomen Dei tui in uanum, Sabbatum sanctissimis cabis, Honorabis parentes, Non occides, Nō adulterabis, & si quæ sunt alia huius generis quæ ueram integritatē describunt institūuntq;. De ceremonijs paulò post dicemus, ubi disputabimus de ratione ueteris & noui testamenti: Iudicialia siue Ciuitalia quæ præcipiunt de conseruāda pace & tranquilitate publica, de puniēdis sonitibus, de bello inferēdo & hostibus propulsandis, de defensione libertatis, oppressorum, uiduarū, pupillorum, patriæq;, de iustitiæ & æquitatis legibus, de emptio-

C ij

EXPOSITIO

ne, mutuo, possessionibus, hæreditate, deçq; alijs id genus titulis ludicris, an non & ipsa in ea foederis conditione comprehensa sunt quæ integratam præscribit, iubetq; ut corā Deo ambulemus? Quod si cui hæc sententia nostra parum uidetur firma aut aperta, ipsa Abrahæ expendat facta qui Rom. 4 ab Apostolo credentiū pater appellatus certo in foedere Dei fideliter perstittit & coram ipso integre ambulauit. Is autem, quod iudicialia res ciuiles aut externas attinet, certas rationes in puniendis sotibus, in pangendis foederibus, in inferendo bello, in possessionibus & pace publica cōseruanda, uidetur sequutus, nec alias quam quas dictabat animi integritas, fidei synceritas, amorq; re-

cti

cti ac pximi, imò quas ipse longa
post sæcula Moses (quantum atti-
net ipsam rei substatiā ac summā)
dictante Deo tradidit populo lu-
daico seruandas. Sunt enim illa
quoque pietatis officia, uel san-
ctissimis ecclesijs necessaria, adeo
ut sine ihs commode esse nō pos-
sint, neque ihs citra periculum un-
quam caruerint. Cū quod iuxta
uerbum domini zizania etiam in Matth. 13
agro dominico semper fuerit nec
unquā defutura sit. Quādo enim
Dominus zizania tum maxime
eradicari noluerit cum eorū exci-
dium uergit etiā in perniciem tri-
tici, hoc est, honorū ac sanctae ec-
clesiae. Dixit enim, Sinite crescere
utracq; ne dum colligitis zizania
eradicetis simul cum illis & tritis
cum; quis dubitet eadem illa iure

C iii

EXPOSITIO

quoque posse amputari falce iustitiae, ubi nimia & præmatura eorum uis segesq; tederit in subversionem ecclesiæ. Tum quod sancti qui non modo spiritu sed corpore quoque constant, & quoad in hisce terris agunt non omnino hominem exuunt ac prorsus uertuntur in spiritum, sed & rebus externis ad cōuersationem scilicet & usum uitæ pertinentib. sua etiā iura persoluere coguntur, & idcirco magistratus legumq; ciuilium opera multis indigent nominibus. Quo magis mirandum est quæ illos agat dementia, qui magistratum ecclesia Dei excludunt, quasi opera eius illa non indigeat, aut functiones eius sint eiusmodi, ut inter sancta & spiritualia populi Dei opera non possint aut debeant

ant numerari: cum interim ea facta Abrahæ quæ reuera iudicialia sunt, inter prima & præcellentissima opera laudetur à sancto Dei spiritu. Quin & idem ille in uera Christianorum Ecclesia, utpote pater omnium credentium ab Apostolo appellatus, & ante legē amicus Dei uocatus, primas obtineat, qui nihilominus iudicialia exerceuit. Verum à lege descendimus ad prophetas. Hi historiā alias con-scribūt, alias Orationes, quas alij Declamationes, alij Sermones siue Homilias uocauere, contexūt. In historijs exempla quædā, immo nihil aliud quam exempla huius foederis, sicut & Moses in sua historia, proponūt, in quibus uidere est quomodo Deus pactis stetit, Deus seminis Abrahæ fuerit,

C iiiij

EXPOSITIO

hoc est, omnisufficiētia defensor
& salus, summaq̄ felicitas: item
quomō illud in terram Chanaan
induxerit, in hac prouexerit in re-
gnū augustissimū, rursus quō
hostes seminis Abrahæ potenti
manu attriverit, suos uero clemē-
ter seruarit: denique quomodo
sancti coram illo ambularint in
integritate, hoc est, quomodo uni-
per fidē uerā adhæserint, unumq̄
coluerint sanctimonia uitæ: præ-
terea quomō alij foedus hoc ne-
glexerint impietatisq̄ poenas de-
derint. Proinde historiæ prophe-
ticæ huius foederis tanquam uiua
sunt paradigmata. Iam in oratio-
nibus suis nihil aliud tractat quā
eadem illa capita foederis, docen-
tes quale sit ingenium Dei, quām
bonus ille, quām iustus, potens,

ue

uerax, clemens, misericors, quomo-
do illi seruiendum in ueritate,
fide, iustitia & charitate. Grauissi
me item accusant scelera, in pri-
mis neglectum foederis, idolola-
triam, desertionem & perfidiam:
deinde homicidia, oppressionem
pauperum, usuram, iniurias, stu-
pra, luxum, adulteria, & reliqua
huius generis flagitia: hortantur
ad poenitentiam, proponunt præ-
mia & beneficia Dei, minantur
item plagas & dira Dei supplicia.
Rursus de semine Abrahæ , de
Christo & benedictione eius, de
regno & uniuerso mysterio eius,
item de Gentium uocatione & glo-
ria Ecclesiæ quam dilucidissime
differunt, adeò ut non raro non
uaticiniū, sed historiā rerum præ-
teritarum cōtexuisse uideātur.

EXPOSITIO

Christus De Christo domino quid dicā,
obsignatio qui nō tantū omni doctrina, sed
et uia cō ipsa admirabili illa incarnatione
firmatio sua, foedus illud Dei æternū cum
fœderis. hominum genere pactum mirifico
ac uiuo quodam modo exposuit atq; confirmauit. Dum enim
uerus Deus uerum assumpsit hominem, iam non uerbis aut argu-
mentis amplius egit, sed ipsa re testi-
ti orbi maximum illud attestatus
est mysteriū, quod scilicet Deus
hominem in foedus & cōsortium
admisit, imò nexus indissolubili il-
lum sibi summo amoris miracu-
lo confrinxit, & quod Deus no-
ster sit. Inde nimirum & Christo
Isiae, nomen datum apud Isaiam cre-
dimus. Dicitus est enim Imanuel,
quasi quis dicat, nobiscum Deus.
Inde nimirum euāgelistæ tot tan-
tisq;

tisqe exemplis maxima eaqe innu
mera Christi recensent miracula
ac beneficia. His enim declarauit
Deum esse beneficium, adeoqe ge
neris humani copiæ cornu patre
ac Schadai. Quo & ipsa mors &
resurrectio Christi referuntur. Sed
enim diuinæ misericordiæ iusti
tiæ & uitæ restitutæ certissima te
stimonia, quibus se Deus ob ocul
os nostros statuit & totum fese
nobis impendit, benedicet nobis
& suscipiet nos per ipsum repur
gatos in consortium & regnum
æternum. Quæ omnia Ioannes
euangelista paucis sed cœlestibus
uerbis complexus dicit, In princiIoan. 1.
pio erat uerbum, & uerbum caro
factum est, & habitauit in nobis,
& uidimus gloriam eius, gloriam
inquam quæ decebat unigenitū

à patre, plenus gratia & ueritate.
De plenitudine enim eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Quia lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum exorta est. Audis hic maximum illud mysterium Deum factum esse hominem, hoc est totū ^{a. Cor. 5} nostrum esse factum, habitasse in nobis. Audis potentiam & gloriam eius illuxisse orbi, nec alio consilio quam ut pulcherrimis neficijs alliceret nos in sui amore, qui est plenitudo nostra Deus ^{Collos. 2} Schadai. Nam & Paulus ait, In Christo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, & uos estis in illo completi absolutionis. Ad hunc ergo modum ipse dominus Iesus foederis alteram partem cōfirmauit exposuit, ipsa re indi

indicans Deum esse Deum Schadai seminis Abrahæ benedictiōnem ac fœlicitatem æternam. Alteram uero partē, quam diximus explanare qd uicissim ille exigat à nobis, & quales nos esse conueniat, idem dominus non minore diligētia euidētiaqz nobis in Christo statuit ob oculos. Præscripserat cōditionibus fœderis, Ambula coram me & esto integer. Veniens ergo in hunc mundū Christus dominus, illamqz uiam Dei ingressus uiuū nobis reliquit exemplum quod insequeremur. In Christi enim uita quam hoc diligentius descripsérunt euangelistæ ceu in speculo quodam uidemus quid nobis insequendum fugiendum sit, qd Deo placeat, quid displiceat. Huc enim illæ domini

EXPOSITIO

sententiæ pertinere uidetur quæ
Ioan. s apud Ioannem extant, Ego sum
lux mundi, qui sequitur me non
ambulabit in tenebris, sed habe-
Ioan. 13 bit lumen uitæ. Item, Exemplum
dedi uobis, ut quemadmodū ego
feci, sic uos faciatis. Huc pertinet
& illa sententia quæ est in Cano-
¶ Ioan. 2 nica Ioannis, Qui dicit se in Chri-
sto manere debet sicut ille ambu-
lauit & ipse ambulare. Hæc de ui-
ta & exemplo Christi uiuo. Iam
quod doctrinam eius attinet non
est quod multis agā. Quis enim
nescit hanc ita esse institutam ut
partim fidē in Deū, partim amo-
rem proximi tradat? Illa priorem
fœderis rationē exponit, hæc po-
steriorē. Fides enim credit Deū
summe bonum iustum & benefi-
cum esse in hominem, Charitas
uero

uero ipsius innocentiae integrat-
tisq; fons est.

Venimus ad apostolos Christi Apostoli.
domini præcones, qui & ipsi in
hoc toti sunt ut doceant quod sit
ingenium Dei, quod solus ille bo-
nus, iustus, saluās & Schadai, qd
is benedictū semen Abrahæ pro-
missum, nobis dederit, quod in
hoc uno benedictio, salus, uita, &
redēptio sit, item qui testamēti hu-
ius hæredes sint, q posteri Abra-
hæ, ut uideantur ceu ex professo
sibi huius foederis sumpsiſſe expo-
ſitionē. Quid qd apostolus Pau-
lus nō semel testatur se nullū no-
uæ doctrinæ genus inuenisse, sed
omnia Christianismi ex authori-
tate ueteris scripturæ tradere. In
primo enim ad Rom. cap. dicit se
Apostolum esse creatum separa-

EXPOSITIO

tumq; ad prædicandū Euangeliū
Dei, qd ante promiserit per pro-
phetas suos in scripturis sanctis.

A&. 25 Item coram rege Agrippa & Fe-
sto Iudeorum præside causam su-
am agens Paulus palam testatur
nihil se aliud docuisse, quam qd
prophetæ prædixerint futurum
fore. Proinde cum apostoli agno-
scat prophetas ut præceptores &
fidei ueræ magistros, certoq; con-
stet hos æterni illius ac unici testa-
menti esse interpres, quis nō ui-
deat ad testamentum siue foedus
illud ceu scopum certissimum sa-
crae scripturæ omnia referri:

Vnicū tan tum testa- Ex quibus iam consequit quod
menū eſſe ordine tertium est testamentum
siue foedus illud & unicum & per
petuum eſſe. Planis enim uerbis
ipse dominus inter cætera pacti
uer-

uerba, Ponamq; ait, fœdus meū
inter me & te, & inter sēmē tuum
post te in generationib. suis fœde
re sempiterno, ut sim Deus tuus
& seminis tui post te. Præterea
multis hactenus approbauimus
nihil apud posteros de religione
uera, quantū scilicet substantiam
attinet, dictum fuisse, quod non
audierint priores. Abraham cer-
tè ante circuncisionem & legem, Rom. 4
sine ceremonijs, fide duntaxat, iu-
stificatus est, idem uidit diem do= Ioan. 8
mini Iesu & gauisus est: idē æter-
nam expectauit patriam, terrena Hebr. 11
hac contempta, & idcirco æterna
consequutus est, non carnalia &
terrena tantū: idem ab apostolis Luce 19
Christi imò ab ipso Christo do-
mino proponit nobis ubiq; imi-
tandus in fide & innocentia, Cæ

D

EXPOSITIO

Isaie. 51. terum nulla similitudo aut æqua
Ioan. 3. litas esse potest in rebus natura
Heb. 11. dissidētibus. Nisi ergo fides & in
nocentia Abrahæ uera & Chri-
stiana fuisset fides pietasq; perpe-
ram illum Christianis imitādum
proposuisset dominus. Vnicum
Psal. 14. ergo testamentum est & una om-
¶ 23. nium ante & post Christum san-
ctorum ecclesia, unica ad cœlos
uia, unica item constansq; omniū
sanctorum religio. Atque huius
quidē rei complura adferrem te-
stimonia nisi ipsa res hactenus tra-
ctata sua perspicuitate ac simpli-
citate uel repugnantem conuin-
ceret: sed si quis testimoniorum
ui magis afficiit, audiat ipsum do-
minus apud Matthæum ita pro-
Matth. 5. nunciantem, Multitudo ab orien-
te & occidēte ueniet & accumbet
cum

cum Abraham, Isaac & Jacob, filij
uero regni ejicientur in tenebras
extremas, illic erit ploratus & stri-
dor dentium. Item apud Ioannem Ioan. 10
darius de Gentium ecclesia con-
greganda loquentem, Et alias oues
habeo quae non sunt ex hoc ouili,
illas quoque me oportet adduce-
re, & uocem meam audiens, & fiet
unum ouile, & unus pastor. Huc
quoque pertinent complures pa-
rabolæ apud euangelistas praæcla-
ræ, in primis ea quæ est de nuptijs Matth. 25,
& illa quæ texitur de uinea. In his et 21, et 22
enim mutatur inuitati & coloni,
ijsdē nuptijs eademq; uinea sem-
per permanente. Quibus non ab-
similis est parabola Apostoli de Rom. 11
olea & ramis conscripta. Eadem
enim semper manet olea, arbor
eadem, sed defractis ramis natu-

D ij

EXPOSITIO

ralibus inserūtur surculi de oleastro. Idem disertis uerbis ad Corinthis, Nolim, inquit, uos ignore fratres quod patres nostri omnes eandem escam spiritualem edebant, & omnes eundē potum spiritualem bibeant. Bibeant enim de spirituali quæ illos commitabatur petra. Petra uero fuit Christus. Quod si cui hæc sententia nostra eiusq; ex hisce Pauli locis confirmatio noua esse uidet, is Augustin. sciat D. Aur. August. ex hoc ipso Pauli ad Corinthios loco idē collegisse quod nos. Verba eius extant Tracta. in Ioan. XL V. in hanc ferme sententiam, Ante adventū domini nostri Iesu Christi quo humilis uenit in carne præcesserūt iusti sic in eum credentes uenturū quomodo nos credimus in

in eum qui uenit. Tempora ua-
riata sunt nō fides. Diuersis qui-
dem temporibus, sed utroscq; per
unum fidei ostium, hoc est per
Christū uidemus ingressos. Nos
credimus dominum nostrum Ie-
sum Christū natū ex uirgine, ue-
nisse in carne, passum esse, resur-
rexisse, ascēdisse. TOTVM HOC
sicut uerba auditis præteriti tem-
poris impletum esse iam credi-
mus, in eius sunt fidei societate
nobiscū & illi patres qui credide-
runt de uirgine nasciturum, pa-
surum, resurrecturum, in coelos
ascensurum. Illos enim ostendit
Apostolus, ubi ait, Habentes au-
tem eundem spiritum fidei: sicut
scriptū est, Credidi propter quod
locutus sum, & nos credimus pro-
pter quod & loquimur. Prophe-

D ij

E X P O S I T I O

ta dixit, Credidi propter quod lo-
quutus sum. Apostolus dicit, Et
nos credimus propter quod &
loquimur. Ut scias autem quod
V N A S I T F I D E S , audi dicen-
tem, Habentes eundem spiritum
fidei & nos credimus. Sic & alio
loco, Nolo enī uos, inquit, igno-
rare fratres . Et quæ sequuntur.
Notus est enī locus Pauli I. Cor.
X. Idem ille in Ioan. alibi scribens
32. quest. & de Ecclesia loquens, Quæ, ait,
4. cap. Re peperit Abel & Enoch & Noë &
currat. Abraham, ipsa peperit & Mosen
& prophetas tempore posterio-
res ante domini aduentū: & quæ
istos ipsa & apostolos & marty-
res nostros & oēs bonos Chri-
stianos. Omnes enī peperit, qui
diuersis temporibus nati appa-
ruerūt, sed societate unius populi
con-

continentur, & eiusdem ciuitatis ciues labores huius peregrinationis experti sunt & quidā eorum nunc experiuntur & usque in finem cæteri experient &c. Ex his uero omnibus liquere puto unā esse duntaxat Ecclesiā, Testamentum unum ueterū & nostrum.

Cæterum cum multa inueniantur in sacris argumēta quæ prima statim fronte Testamēta duo, spiritus duos, & populos duos, longe lateq̄ inter se uideantur secerere, quale illud est quod apud Ieremiā legimus, Ecce dies uenient dicit dominus, & feriam cum domo Israēl & Iuda testamētum nouum, nō iuxta testamentū quod pepigi cum patribus eorum &c. Item apud Ezechiēlem, Dabo uobis cor nouum & spiritū nouum

D iiiij

EXPOSITIO

ponam in medio uestri. Item ad Galat. IIII. Hæc sunt duo testa menta, consequēs est ut nūc edis seram unde ista enata sint, quóue sensu dicātur. Principio ergo cer tum est ueteris & noui testamēti spiritus ac populi nomenclaturā non oriri ex ipsa foederis substancia, sed ascititijs quibusdam & accidētibus, quæ temporum inter uallis aliud atque aliud pro diuer sitate gentis Iudaicæ suadētibus, accessere, nō ut perpetua & unice ad salutem necessaria, sed ut mu tabilia & pro tēpore & pro per sonarum & cauſſarū ratione ena ta, sine quibus ipsum foedus facilē subsisteret: cuius quidem gene Ceremo nia. ris sunt Ceremoniæ, ipsum inquā sacerdotiū Aharonicum, lex item præscribens sacrificandi, purgan di,

di, feriandiq; modum, item cibo-
rum delectū, quale extrui debeat
tabernaculum, & id genus innu-
mera alia. Istis enim caruere uete-
res sancti, Enoch, Noë, Abrahā,
Isaac, Jacob, Joseph, qui tamē Deo
per fidē impense placuerunt, atq;
sine istis salutem cōsequuti sunt.

Vnde & Paulus ad Galat. Abra Galat. 3
hæ, ait, dictæ sunt promissiones
& semini eius : non dicit & semi-
nibus tanquam de multis, sed tan-
quam de uno, Et in semine tuo
qui est Christus. Hoc autem dico
testamētum ante comprobatum
à Deo in Christum, lex quæ post
annos quadringentos & trigin-
ta cœpit, non facit irritum, ut ab-
roget promissionem. Proinde ue-
teres beneficio foederis non legis
aut ceremoniarum saluati sunt.

D v

EXPOSITIO

Nam quemadmodū Abraham ei
Genes. 22 credidit, qui dixerat, In te benedictur omnes gentes : ita patres
Abrahæ tempora præcedentes ei
Genes. 3 crediderunt, qui dixerat, Semen mulieris calcabit caput serpentis.
Ergo inquis legem citra consilium rationemq; certam sine utilitate instituit Deus ? Absit, sed
tuta. dum seminis Abrahæ, hoc est ludeorum animi in Aegypto diutina cohabitatione fuissent corrupti, ut nō modo religionē auitam ipsumq; foedus propemodū ignarent sed indies magis magisq; deficerent ad Aegyptiacam idolatriam omnemq; gentilium scarorum rationem, tum placuit sapienti & clemēti domino fulcris quibusdam foederi collabēti subvenire. Primum ergo ipsa prisci foederis

scederis capita restituit, sed copio
sius exposuit, inq̄ tabulas lapi-
deas proprio digito inscrispit. In
his autē nulla adhuc ceremonia-
rum mētio. Sat enim præscriptū
erat fidelibus. Verū dum isti infi-
deles & perfidi esse pergeret, inie-
ctum est humeris miserorū onus
ceremoniarū, quo caruere prisci.
Atqui in hunc finē atque hoc con-
silio iniectum ex caussa impellēte
constat, ne alienis dījs institueret
sacra: propria ergo instituit, eaq̄
sibi placere pronūciauit, quæ re= psal. 49
uera negligebat, ut uel ista ratio-
ne testamentum cōfirmaret, præ-
terea & Christi mysterium hisce
uelut typis inuolueret. Nec istud
quidem commētum nuper domi-
nostræ natū est, sed ex sacris eru-
tum oraculis uetus torumq̄ patrū

EXPOSITIO

fide deceptū. Tertullianus enim
II. aduersus Martionem lib. sa-
crificiorum quoq; onera, inquit,
& operationū & oblationum ne-
gotiosas scrupulositates nemo re-
prehēdat quasi deus sibi talia pro-
prie desyderauerit qui tam mani-

Isaiae 1 feste exclamat, Quò mihi multitu-
dinem sacrificiorum uestrorum
& quis requisiuit ista de manibus
uestris? Sed illā Dei industriam
sentiat qua populum pronum in
idololatriam & transgressionem
eiusmodi officijs religioni suę uo-
luit astringere quibus supersticio
sæculi agebatur, ut ab ea auocaret
illos, sibi iubens fieri quasi desyde-
ranti, ne simulachris faciendo de-
linqueret. Sed & in ipsis cōmer-
cijs uitæ & conuersationis huma-
næ domi & foris & usque curam
ua-

uascularū omnifariam distinxit,
ut istis legalibus disciplinis occur-
rentibus ubique ne ullo momen-
to uacarent à Dei respectu. Hæc
Tertullianus. Iam ergo quod at-
tinget Decalogū imò & ciuilia nul-
la enata est testamēto & populo
Dei diuersitas. Vbiq; enim amor
Dei & proximi, fides & charitas
obtinēt imperium : ex hominum
mentibus & testamēti ascititijs re-
bus oborta est diuersitas, ut testa-
mentum quod apud omnes pios
unicum est, ob ascititia quædam
& homines superstitiones ue-
tus & nouū, carnale & spirituale
cœperit dici. Et uetus quidem di-
citur (ut relatiuorū ratio poscit)
propter consequens nouū, quod
quidē peccatorū remissionē pol-
licetur, imò & per Christū præ-

EXPOSITIO

stat, fidem quoque & charitatem
docet: quibus ex rebus omnino
non potest dici nouum, cum ni-
hil noui tradat. Nam ea quae iam
recensuimus ex ueteri traditione
^{v. Iohann. 2.} habet: proinde nouū dicit ex eo
quod omnes ceremoniæ à Chri-
sto, quem unice prædicat, imple-
tæ sint, quatenus typi & umbræ
erant rerum æternarum, eatenus
enim obsoleuere: quodq; uetus il-
la religio, quæ ante legē latā tem-
poribus istis patriarcharū aureis,
uigebat, innouata, adeoq; p Chri-
stum iā plenius & dilucidius ceu-
nouo lumine orbī illato restituta
absolutaq; etiā apud nouum po-
pulum, Gentes uidelicet, per totū
mundū floreat. Sic enim & Pau-
lus de hacre differuit cum ad He-
bræ, VIII, tum ad Ephe, II, Pa-
ri

ri modo ac ratione scriptura uocauit Carnalē populum, nō eum quidē qui in testamento Dei per ueram fidem perstittit, sed qui carnalibus magis nitebatur quam so lidis & spiritualibus testamēti capitibus seu pmissioni Dei. Testē hic aduoco Paulū, qui priusquam diceret, Nam hæc sunt duo testa= Galat. 4menta, præmisit, Dicite mihi qui sub lege uultis esse, legem ipsam non auditis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habebat, unū ex ancilla & unū ex libera. Inde enim colligimus carnalē populum eum esse qui uult esse sub lege. Deinde nō omne protinus semen Abrahæ sub lege aut carnale esse. Carnale enim dicitur qd legalibus sine sciētia & spiritu adhæret, perq̄ illa se saluari posse

EXPOSITIO

confidit. Habent enim & ceremonia
lia suū spiritū, quē multis Pau-
lus in epistola ad Hebræos enu-
cleauit. At isti spiritu & consilio
ceremoniarū contempto aut non
intellecto abutebantur lege. Ve-
ri porrò Abrahæ filij liberi sunt
& promissionibus Dei nitūtūr.
Proinde habuit quoque uetus tas
Israëlem spiritualē. Perperā enim
iudicant qui ex parte totum æsti-
mant, ut solent qui non sine con-
tumelia sanctorū Dei omnes ad-
uentum domini præcedentes pa-
tres carnalis Israëlis nomine no-
tarunt, non expendētes synekdo-
cha uulgari scripturæ tropo hunc
nodum esse rumpendum. Cæte-
rum ne isti clamitent Tropis sibi
illudi, tametsi nostra superiorib.
fatis approbauerimus, producā
tamen

tamen in istorū gratiam tria ma-
ximorū in religione uirorum te-
stimonia, afferentiū Israēli fuisse
populū spiritualem, imò & pro-
phetas idem docuisse de legalib.
qd apostoli tradiderunt. Primus
ergo Ieremias in cap. VII. in hæc
uerba scripsit, Hæc dicit dominus
exercituum Deus Israël, Holocau-
stomata uestra addite uictimis &
uestras carnes edite. Quia non
sum locutus cum patrib. uestris,
& non præcepī eis in die qua edu-
xi eos de terra Aegypti de uerbo
holocaustatum & uictimarū,
sed hoc uerbū præcepī eis dicens,
Audite uocem meā & ero uobis
Deus, & uos eritis mihi populus,
& ambulate in omni uia quam
mandauī uobis ut bene sit uobis.
Ex his autē uerbis claret quæ fue

E

rit doctrina prophetarum de legalibus, item quæ sit summa omnium mandatorum Dei, ipsa inquam foederis summa, obediētia siue ipsa fides, qua & sanctos probari constat nō legalibus. Præcepit quidem illa dominus, sed longe alio consilio, nempe ut collabenti subueniret foederi, utq; ab idololatria auocaret totosq; sibi agglutinaret fide, non ut illis cultores iustificaret, sed ut uenturam iustitiam Christū illis adumbraret. Quod cum intelligere nollēt, grauiissime accusantur hoc loco à propheta. Spiritum ergo non carnem uel in Israëlitis probauit dominus, idcirco uel ante Christum natum, populum ex Israëlitis spiritualem habuit, quandoquidem carnalem adeò improbauit. Sanctissi-

Etissimus quoque martyr Christi Stephanus apud Lucā in Actis apostolorum cap. VII. infinitis propemodum ueterum exemplis comprobat quod fides in Deum & ante legem, & in lege, & post legem Deo placuerit, nō ceremoniæ, & quod sancti, hoc est patriarchæ & prophetæ omnes in qua iusti ante natū Christum, Deum fide & uitæ puritate coluerint nō rebus externis. En habes omnino spiritualem & spontaneū populum. Quid quod & apostolus Paulus eodē propè modo idem asserit in XI. cap. ad Hebræos, exemplis patrum ab initio mundi ad ipsa penè tempora Christi reductis: Quæ cum ita habeant quis est qui non uideat ueteris & noui cum populi tum testamenti

EXPOSITIO

nomina non posse ipsum testa-
mentum ipsamq; Ecclesiam uete-
rum & nostrā scindere. Spiritus
quoque idem est utrisque, sed re-
spectu carnalium istorum trans-
gressorumq; quos flagitia in Ba-
bylonem disturbarāt dixit se no-
uum daturum sp̄iritum, quo ni-
hilominus & abundantiam diui-
tiasq; charismatū per Christum
fidelibus impartiendas significa-
uit. Verum de hac re in commen-
tarījs nostris in epist. Petri nonni-
hil disputauimus. Hactenus enī
unitatem testamēti afferere cau-
fasq; cur nouum & uetus dici cōe-
perit indicare uolui.

Quibus rebus præcelamus ueteres. Iam ut nihil in hac re dissimulē
& qua in re Christianorum ecclē-
sia quæ post Christū natum con-
stituta est, præcellat, breuibus in-
dicem,

dicem, principio ijs quidem qui
 sub lege agebant hoc nomine fœ
 liciores sumus, quod omni cere
 moniarū onere leuatī, antiquum
 & primarium institutum, prisco
 rum uidelicet patrum, quod sine
 ceremonijs fidei ac innocentiae, id
 est foederis capitibus nitebat, atti
 gimus. Rursus qd umbris per ful
 gorē Euāgelij dispulsis & figuris
 impletis clara lætamur ueritate.
 Deinde uero qd omnib. patribus
 ante Christi aduentū mortuis no
 stram Ecclesiā superiorē redditil
 lud est, quod nos Christum adue
 nisse, spiritū abundantissime con
 tulisse, gloriā item suam nunc per
 totū orbem propagasse omniaqz
 absolutissime cōsumasse confite
 mur, quem illi ita uenturū crede
 bant & maximo expectabāt desy

E iii

EXPOSITIO

Lucca : derio. Hoc nomine Simeon ille
grandæuus se maxime felicē re-
putans clamat, Nunc dimittis ser-
uum tuum domine secundū uer-
bum tuum in pace. Quia uiderūt
oculi mei salutare tuum, quod pa-
raisti ante faciem omnium popu-
lorum, lumen ad reuelationē gen-
tium & gloriā plebis tuæ Israël.

Caput. Quod uero alijs caput Matth. V.
Matth. 5. obīciunt, non uident dominum
Iesum illa sua eleganti & diuina
contione nō impugnare uel Mo-
sen uel pphetas, quasi diuersum
uel senserint uel tradiderint à do-
gmate Christiano, sed errorē uul-
gi corrigere uerumq; legis inge-
nium tradere uoluit. Corruperat
enim omnia & temporis iniuria,
& pharisæorū inscitia atque auar-
itia. Vnde disertis uerbis prius
quam

quam legis expositionem agrede
retur protestans ait, Nisi abunda
uerit iustitia uestra plusquam scri
barum & pharisæorum, non po
teritis ingredi regnum cœlorum.
Proinde pharisæos non ipsum le
gis aut prophetarū spiritum im
pugnauit Christus, qui paulò an
te dixerat, Non ueni legem sol
uere sed adimplere. Docuit autē
ea contione legem esse uolunta
tem Dei, quæ omnino sancta, pu
ra & spiritus quidam sit mundis
simus, qui hominis quoque men
tem affectūq; exigat, adeo ut uel
cōcupiscere prohibeat. Id cum ab
homine, corruptissima scilicet car
ne, non possit præstari, quis non
uidet huc totius contionis consi
lium spectare, ut nos in nostri in
ducat cognitionem, quæ efficiat

E iiii

EXPOSITIO

ut nobis prorsum abnegatis totos nos in misericordia Dei coniiciamus, interim uero omnia nostra cum cōsilia tum facta ad æternam summeq; puram uoluntatē, hoc est legem Dei nō uulgariter, sed summo studio & q̄ exactissime exigamus? Id demū est sollicite ambulare cum Deo sancto, qui sanctus est & cupit ut etiam nos sancti simus.

Mich. 6

Leuit. 19

Paulus in

2. ad Cor.

3. cap.

Pari errore hallucinātes non uident Paulum in II. ad Corinth. III. cap. cōtra pseudoapostolos disputare, legalia (ut ex reliq; col liquescit epistolis) ecclesiae Christi obtrudentibus. Nam contra illorum superstitionem imò impietatē asserit Euangelij gloriam, quæ legalibus illustrior sit. Necq; enim eo loci de uniuersa lege, sed ea

ea duntaxat loquitur, quæ abole-
tur: interim nō iubet omnia legis
& prophetarum reuocare ad lite-
ram: sed & spiritū nō quiduis, ut
illis mos est, appellat, sed ipsum Rom. 10
dominum Iesum qui est perfectio
legis ad iustificationem omni cre-
denti.

Porrò calumniam struūt nobis Hebionitæ
objiciētes hæresim Hebionicam. commiscet
De Hebionitis enim ad hunc mo- legē Euani
dum scripsit Eusebius lib. Eccle- gelio, quo
hist. III. cap. XXVII. Custo- modo
diendam censem etiā legis obser-
uantiam, nec sufficere (sic inquam
illi Evangelio miscent legalia) ad
salutem solam Christi existimant
fidem. Corporalē ergo legis ob-
seruantiam custodiunt. Apostoli
autem epistolas omnes pariter re-
spuunt & ipsum apostamatam legis

E v

EXPOSITIO

appellant. Nec diuersa ab his referunt, Irenæus, Tertullianus & Augustinus. Quam uero doctrina hæc nostra de Testamēto Dei unico & æterno, deq̄ abrogatione legalium aliena sit ab istorum blasphemia nemo est qui iam neſciat.

Locus Sed quid dicemus ad uerba do-
Deut. mini quæ legūtur in hanc senten-
g. cap. tiā apud Mosen in Deut. cap.
v: Dominus Deus noster pepi-
git nobiscū foedus in Horeb: non
cum patribus nostris iniit domi-
nus pactum hoc, sed nobiscū qui
in præsentiarum sumus & uiui-
mus. Augustinus ergo lib. quæ-
ſtion. super Deut. v. quæſt. IX.
ſynekdocha hūc locum exponit,
nempe de ijs patribus intelligens
quos plaga Dei in deserto abſum
pliſt.

psit. Illi enim, ait, qui nō ingrediuntur in terrā promissionis non pertinent ad hoc testamentū, sed filij eorū, illi inquam qui quamvis uiginti annorum & supra nō essent quando Deus in monte loquebatur ut numerari tunc possent, potuerunt tamen annorum esse decem & nouem & infra usque ad puerilem ætatem, qua possent illa quæ facta & dicta sunt & uidere & audire & memoria retinere. At Ioānes Oecolamp. comment. suis in Ieremiam æditis ad hunc penē modū explicat, Apud Deum unū est foedus illud æternum, quod pro diuersitate temporū uarie disponitur. Et in interioribus quoq; hominis semper unum fuit & usq; manebit, non solum ut est in æterna prædesti-

EXPOSITIO

natione: audi tamen qualemque foederū diuersitatem. Verbis pactus est cum Abraham dominus, nec aliud quam obedientiam stipulatus est ab eo. Sub Mose autem multa prodigia & horrenda accesserunt, nō uni duci nota, sed perspicua omni multitudini. Deinde tot circumstantijs uallaſt legibus, quæ oēs ad decē illa uerba tabulæ foederis referunt &c.

Iam quod obijcitur de terra Chanaan, de bellis & uictorijs, de gloria & fœlicitate Iudaica, quæ minime cōgruant cum moribus Christianis q̄s nihil manet quam crux & exiliū, utpote de quibus scriptura dicit, Oēs qui uolūt pie uiuere in Christo persecutionem patientur, facile diluitur. Nemo terre Chanaan enim negat promissionem terræ Cha

Chanaan loco fuisse astrictam: at
 uero nemo uicissim negare po-
 test eandem aut certe similiūm re-
 rum terrenarum promissionem
 omnibus Gentibus ex æquo esse
 factam. Ipse enim Abraham cui
 obtigit promissio Chananaicæ
 terræ ne pedis quidem uestigium
 (ut ait Stephanus) consequitus Aet. 7.
 est, interim uero opes plurimas ac
 quisuit, quemadmodum posteri
 eius, Isaac, Iacob & Ioseph. Tam-
 et si enim ne hi quidem terrā pos-
 siderēt pollicitam, diuitijs tamen
 maxime fuerūt illustres. Id quod
 à domiuo in exemplū omnibus
 Gentibus crediderim factū, quo
 discerent sibi quoque defuturum Psalm. 36.
 nihil, si patrum more Deum ti- Matth. 8.
 meant. Atque huius generis plu- Aet. 14.
 res pmissiones passim inuenias. C. 17.
Hebr. 15.

EXPOSITIO

Quod autem fœlicitatem attinet
patrum, certum est eos haud abso-
luta usos in hisce terris fortuna.
Per crucem enim multasq; tribu-
lationes ingressi sunt in regnum
Cruix san- Dei. Quis enim nescit quantum
ctorū, pax tædij uorarit Abraham diutinail
& uicto- la sua (ut reliqua non commemo-
ria) peregrinatione? Jacob pa-
triarcha nulla prospereiore fortu-
na unq; fuit usus quam non gra-
uissima eaq; uaria inteturbarint
discrimina. De Mose, Iosue, Sa-
muele, Dauide, & reliquis uiris
primarijs nō est quod multa com-
memorem. Quis enim unus suf-
ficiat enumerādis istorum ærum-
nis calamitatib. laboribusq; pro-
pter dominum susceptis, cum ipsi
etiam scriptores sacri ista uix mul-
tis absoluerint libris? Quid quod
fidelis

fidelis populus Iudæ nō minores
persecutiones ob pietatē ac fidem
nonnunquam à suis illis perfidis
regibus nonnunquam uero à ty= 14
rānis exteris perpessus est, quām
ipsa Christi ecclesia à blasphemis
& impijs Cæsaribus. Nā ut hæc
suos habet Nerones, Domitia= 15
nos, Maxētios, Iulianos, Decios,
Seueros, Valerianos & Diocle= 16
tianos : ita uetus Ecclesia suos ha= 17
buit Pharaones, Achab, Ioas, Ma= 18
nasse, lehoiachim, Zedechias, Na= 19
buchodonosores & Antiochos.
Imò ueteris ecclesiæ sacerdotes ac
prophetæ meruerūt Christiano= 20
rum martyrum fieri exempla. Sic
enim loquutus est apud Matthæ Matth. 5.
um dominus, Beati qui persecu= 21
tionem patiuntur propter iusti= 22
tiam, quoniam illorū est regnum

EXPOSITIO

cœlorū. Beati estis cum insectati fuerint uos homines propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlis. Sic enim persequuti sunt prophetas qui fuerūt ante uos. Præterea dubium non est multas sanctorum myriades semper in Christo pie uixisse, qui tamen fidei nomine nunquam sunt uel in exiliū electi, uel capitis affecti supplicio. Pau-

2. Timot. 3. Ius ergo istam sententiā, Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo persecutionem patientur, non ut legem communem, sed ut conso-
lationem affictorum pronuncia

Augu.lib. uit. Varia quoque persecutionis
2. cont. 2. genera sunt, ut non tantū persecu-
epist. Gau tionem sustineat qui uel in carce-
dēcij ca. 13 rem coniçitur uel ab arbore fu-
 spenditur, sed is quoq; qui uarijs
 exer

exercetur aduersitatibus tētationib⁹, id quod plerunque usu uenire solet pijs otio & securitate alias utētibus. Nam & apostolus Paulus s̄epissime tutus à persecutorum insidijs ac furijs, sed & fratrib⁹ officij⁹ refocillatus, grauisim⁹ animi æstus sensit. Christiani enim animus etiam alieno afficitur malo. Vnde Apostolus Rom. 12 dixit, Quis infirmatur & ego nō Hebr. 13 infirmor? Quis offenditur & ego 2. Cor. 11 non uror? Huc accedit quod sanctissimus uates Isaías in ijs capiti⁹ Isaiæ 49 bus quibus Ecclesiam ex toto ter Psal. 2. rarum orbe colligendā describit, Et 47 in quam & reges uenturos dicit, non omnino & semper cædibus exponendā docuit, ut quæ in hac terra omni sit caritura pace, foelicitate & uictoria. Et D. Aur. Au

EXPOSITIO

gūstinus lib. de Ciuitate Dei V.
capitibus postremis de quorundam Christianorū regū uictorijs
& felicitate mira eaq; lectu iucunda & utilia prodidit. Idem XXII.
lib. contra Faustum Manicheum
à LXXIII. cap. usque LXXX.
multis disputat de bello & iure
belli, quæ longius prosequi non
est nostri instituti. His enim o-
mnibus exponere uoluimus que
sint cōditiones foederis, quod fœ-
dus illud unicum & æternum, &
unde noui & ueteris nomenclatu-
ram adeptū sit: subīciemus iam
paucula de ceremonia & sacra-
mento foederis.

De sacra= Qui feriebāt fœdera, sumebant
mento fœ uel arietē uel buculā, uel caprā, se-
deris cir= cabantq; has in partes duas, dein
cuncisio= de uero per partiū transibant me-
ne. dium,

dium, obtestantes nī pactis stent,
sic se deus diuidat perimatō peni-
tus. Indicia huius ritus uidere est
Gen. XV. & Iere. XXXIII. Ad
hunc ergo modū alludens Deus
sanguine foedus hoc dedicat, pla-
nisq̄ uerbis expositionem addit
dicens, Et præpuciatus masculus
cuius caro præpucij circumcisā nō
fuerit delebitur anima illa de po-
pulo suo. Id quod non modo de
pellicula præcisa, sed magis de to-
to foedere intelligendū est, quod
scilicet æterna sit maledictiōe peri-
mendus qui hoc foedus neglexe-
rit. Sequitur enim caussæ reddi-
tio talis, Quia pactum meum irri-
tum fecit, aut dissoluit. Dissoluit
autem qui per contemptum fœ-
deris & instituti dei, sacramentū
dei ut inutile negligit, aut ut non

F. ij

EXPOSITIO

negligat suscepto tamen fœderis
symbolo ipsum fœdus perfidia et
Infantes **sine signo** **fœderis.** **decedentes.** impuritate prodit. Vnde nos col-
ligimus infantes qui nascuntur ex
fidelibus moriuntur autem prius-
quam uel uiuere coeperint, uel sa-
cro fœderis signo intra populum
Dei ascribi potuerint, non posse
huius loci præsidio damnari. De
cōtemptoribus enim fœderis &
de adultis loquitur. Id quod &
uerba ipsa satis coarguunt quæ
in hunc modum pronunciantur,
Et præpuciatus masculus in cu-
ius carne præputium non fuerit
circumcisum exterminabitur ani-
ma illa de populis suis, &c. Istos
autem misericordia & gratia dei
credimus saluari, cui non præiu-
dicant, qui illos secundum mini-
sterium ecclesiæ tantum iudicant.

Habu

Habuit Circumcisio & mysterium
quodpiam aliud. Nam Paulus, Te ^{Heb. 9.}
stamentum, ait, in mortuis ratum
est: quandoquidem nondum ua-
let cum uiuit testator. Deus autem
testator est: deum ergo mori opor-
tuit. Sed cum is sit immutabilis &
immortalis, semen Abrahae as-
sumpsit, & in assumpta carne pa-
titur sanguinemque fundit, ac eo mo-
do testamentum, ut sic dicam, rati-
ficat. Cæterum ut hoc mysterium
patribus in figura traderet, ipsum
semen Abrahae uoluit circumci-
di, significans uerum Abrahae se-
men Christum Dominum morte
sanguinemque suo foedus illud con-
firmaturum. Huius rei gratia ipse
dominus Iesus apud Matthæum, ^{Matth. 26}
de sacramento noui foederis lo-
quens, ait, Hic est sanguis meus,

F iii

EXPOSITIO

qui est noui testamenti, qui pro multitudine effunditur in remissionem peccatorum. Hinc etiam sacramentum uetus mutari oportuit & institui nouū. Postquam enim morte Christi omnia consummata & ipsum testamentum confirmatum esset, signa certè illa quæ futuram mortem præfigurabant oportuit mutari, imò & in locum eorū substitui, quæ significacione absoluuerēt, aut perfectissimam iustificationem significarēt. Id quod Baptismi & Eucharistie tribuimus mysterio. Illa enim institutore Deo noui testamēti populo symbola cœperunt esse foederis & gratiæ diuinae per Chri
Deut. 10. stum confirmatæ. Præterea significabat circumcisio cordis præputi
Ierc. 4. um esse resecandum ac deo seruen-

endum in obedientia fidei. Quibus ergo dabatur Circumcisio ijs primo per ministerium institutumque dei offerebatur gratia & foedus dei, qui non dignatur etiam parvorum esse Deus, qui item prior ex mera gratia sese nobis obtulit & dixit, Ego Deus uester. Deinde eadē circumcisione obstringebat sibi Deus deuotos, iubens ut ipsi hærent fide & innocētia. Ex quibus patet etiam sacramento foederis totum contineri foedus: quemadmodū & sacramentis nostris Baptismo & Eucharistia continentur tota innouati foederis ratio. Verū de his ad plenū in praesentiarū dissere longius ab instituto abstraheret. Satis fuerit iam didicisse Deū in instituendo foederis sacramēto cōsulere uoluisse

F. iij

EXPOSITIO

rebus mortalium, qui ut corpore quoque, non anima tantum, constant, ita rebus & signis uisibilibus non raro in inuisibiliū considerationem inducuntur. Dedit ergo deus sacramenta quæ prisci ea de caussa uocarunt inuisibilis gratiæ signa uisibilia. Dedit autem ueteribus Circumcisioñē & Pesa, nobis aut q post Christū passum eius populus sumus Baptismum & Eucharistiam. Cæterum quæ in his uisibilia aut inuisibilia sint, quæ uis & efficacia, alibi traditū est, nūc dicemus de tabulis.

*Tabulae
testamen-
ti conscri-
buntur.*

Conscribunt aut, qd' ultimū in testamētis ac foederib, est, litteræ aut si maiis tabulæ, rationem omnem ac testimonium rei transactæ comprehendentes transmitentesq ad posteros. Athæ etiā fœ

foederis siue Testamenti nomina
 sortiuntur. Vocamus enim tabu-
 las de testamento seu foedere con-
 scriptas ipsum uel foedus uel te-
 stamentū, cum reuera testamen-
 tum uel foedus non sint, sed rerū
 gestarū & conditionū expositio-
 duntaxat ac testimonium. Quan-
 quam uero Dominus priscis illis
 patribus nullas conscribi curarit
 tabulas. Nā illi foedus digito dei-
 cordibus inscriptum gerebat, po-
 steris tamen quod ueram religio-
 nem à patribus ceu per manus ac-
 ceptam propemodum expecto-
 rassent totam, lapideis insculptū
 tabulis per Mosen dedit, quas &
 foederis tabulas & Testamentū Vetus as
æreis in-
scribebat
tabulis
 appellauit, nimirum eo consilio quaæ diu-
turna per
petuaq;
uolebat.
 & ea ratione quam iam iam expo-
 suimus. Præterea nē quid deside-

EXPOSITIO

rari posset à quoquam ipsum im-
pulit Mosen , deinde prophetas,
mox & Apostolos Christi domi-
ni, integros & iustos super hac re
scribere libros, q ex ipsa re quam
tractant Veteris & Noui testa-
menti titulum apud omnes & o-
mnibus sæculis meruerūt. Nimi-
rum quod illifusissime traderent,
quomodo foedus illud cū Abra-
ham initum, ueteri populo fuerit
præstitum , & quomodo illum
per uarias rationes figuras ac ui-
as in religione ad uitā sub spe uen-
turi Christi duxerit. Hi uero do-
ceat quomodo ipsum foedus per
Christum innouatū nouoq̄ mo-
do dedicatum, quomodo omnia
typica per hunc sint impleta , &
nouus populus multitudo scili-
cet Gentium in unitatem fidei uo-
cata

cata atque in religione uera instituta, & in uitam æternam per Christum inducta sit. Atque hi sunt libri isti ueritatis ac iustitie ad quorum præscriptum omnes omnium sæculorum docti & sancti uiri perpetuo uitam fidemque cultorum ueridei uere institui posse crediderunt.

Isaias enim clamat, Si dixerint uobis, consulite phytomes, diuinos, sortilegos & incantatores, Nonne quæcumque gens suos Deos confusat tam de uiuis quam mortuis? Ad legem ergo & ad testimonium magis accelerate. Imò Christus dominus, Habent, ait, Mosen et prophetas, audiāt illos: & si hos non audiunt, nec si quis ex mortuis resurrexerit credent. Præterea si lis aliqua oriat de hæreditate inter heredes, protinus tabulas con-

fulunt illisq; ita fidem habent te-
stantibus, ut omnia secundum ta-
bularū præscriptū agant. Proin-
de si qua oriatur concertatio in re-
ligionis negotio de uero uel fal-
so dei cultu tabulas consulamus
fœderis utriusque testamenti li-
bros, illis credamus, secundū hos
omnia instituamus. In his enim
omnem pietatem & iustitiā abso-
lute comprehensam esse abunde
testantur duo maxima religionis
nostræ lumina , Dauid Psalm.
XVIII. & Paul. II. Timoth.III.

Epilogus, *in quo de*
antiquita
te religio
nis Chri-
stianæ. Ista sunt, Lectores candidissimi,
que de testamento seu fœdere dei
unico & æterno, nempe q in hoc
conuenerint, quibus conditioni-
bus, quousq; , quóue sacramēto,
& quibus mandatum sit tabulis,
pro gratia mihi à Dño collata, uo
biscum

biscum cōmunicare uolui. Partim ut hac re fratribus toties nobiscū expostulantibus magnaçq; improbitate hanc expositionem poscentibus inferuirem. Partim uero ut Scripturarum & religio-
nis nostræ, quæ hodie apud mul-
tos male audit, quasi sit hæretica,
claritatem simplicitatem & uetu-
statem indicarem obiter. Vetus
stissima quidem est Gentilis reli-
gio idololatria siue simulachrorū
cultus, et uetusior quidem quam
supputet magni aliâs nominis ui-
ri. Sunt enim qui iouis tempori-
bus, uel paulò ante tempora & no-
uorū deorum cultū instituta cre-
dunt. Cæterum uerisimilior uide-
tur esse sententia Herodoti in II.
lib., historiarum & Strabonis in
XVII. Geograph. lib. Hi autem

EXPOSITIO

Aegyptios asseruere primos fuisse & cultores, & authores deorum, à quibus & cæteræ Gentes idolatriam acceperint. Evidem diligenter tēpora supputantibus per spicium est louem aliquot sacerdos Mose iuniorem esse. At Moses testatur non modo Iudaicam gentē idolatria in Aegypto imbutā ad exemplū Aegyptiorū in deserto statuisse Deo simulachrum Apis, sed & patriarcharū temporibus uiguisse idolatrię studiū. Nam et Iudaica religio uetus est, eā intelligo quæ circumcisione et legalibus circumscribitur, utpote quæ partim Abrahæ partim Mosis coepit temporibus. Verū istis longe uetustior est Christiana. Prius enim iustificatus in sacris libris pronuntiatur Abraham quam circumcisus.

sus. Vetustiores hoc quoqz sunt
Noë, Enoch, Seth, Abel, Adam,
qui sine circumcisione per fidem
Deo placuerunt. Piget aut nunc
Turcicam & Papisticam religio-
nem inter antiquarum religionū
species recensere. Illa eīm non mul-
tis ante seculis anno fermē à Chri-
sto nato D C X X X. à corruptissi-
mo simul ac imp̄iōssimo authore
Mahometo exorta ueritatē blas-
phemauit. Hæc autē nihil penē
antiquior, Christi instituta, tradi-
tionem propheticam & apostoli-
cam simplicitatē, puritatē, uerita-
temqz obscurauit. Nihil hic lo-
quor de ea fide quam duodecim
complexam articulis ore nobiscū
confiten̄: de papisticis & dogma-
tis et ritibus loquor, quibus illi ut
certissimis uetustissimis & infalli-

EXPOSITIO

bilibus nitunt: cuius generis sunt
Missæ, Simulachra, Monachismus, & alia multa, quæ nesciuit
Primitiua sanctaꝝ Dei ecclesia.
Scholaſticorum enim Theologo-
rū primipilus Albertus magnus
Gregoriū Ponti. Rom. eius no-
minis primum, qui uixit circa an-
num Dñi D C. Missæ ordinato-
rem uocat. Idem Gregorius testa-
tur in epistola quadā ad Serenū
Massilien. episcopū, uetus statem
admisisse (suis utor uerbis) ut in
uenerabilibus locis sanctorū de-
pingerentur ad institutionē rudi-
um historiæ. Sed quām ille uetu-
statē intellexerit nescio, hoc scio
quod Lactantius ille Firmianus
Magni Constantini σωζονθ fertis uerbis dixit, Non est dubi-
um, quin religio nulla sit, ubi cun-
que

que simulachrum est. Quibus
haud absimilis est sancti Epipha-
nij Salaminæ Cyprī antistitis senEpiſtola
tentia qua interprete D. Hiero.
palam pronuntiauit, cōtra autho-
ritatem scripturarū & contra reli-
gionem nostrā, in ecclesia Christi
hominis ponī imaginem. At D.
Hierony, authorib. Eutropio &
Prospere Aquitanico excessit an-
no Dñi CCCCXXII. Quam
ergo potuit Gregorius uetustatē
pro pictura templorum produce-
re: imò ut maxime producere po-
tuerit, propheta tamen Dñi per
ironiam de simulachris loquens,
Illāne ait docerent te: lā uero ipse Abacut. 2.
etiam Gregorius simulachrorum
cultum in eadem illa epistola sua
impugnauit, quem tamen Ponti-
ficij non modo admiserunt, sed

G

EXPOSITIO

etiam præceperunt. Et Benedic-
tus ille Cassinensis abbas quæ o-
mnium ora Monachorum patræ
appellitant paulò ante Gregorij
floruit tēpora , annis forsan L X.
si uera est supputatio Bede de tē-
porum ratione. Paulus em̄ et An-
tonius quorū meminit Hierony-
monachatui pontificio nihil pa-
trocinantur . Iam uero si hæc tem-
pora priscis conferas , inuenies re-
ligionē Papisticā prorsus esse no-
uitiam, et prioribus uetusitate nul-
latenus conferendā . Atqui cum
isti hanc nihilominus omnibus
alijs præferant & de uetusitate &
certitudine eius multa cōmenten-
tur, multo iustius nos de antiqui-
tate fidei nostræ gloriamur , ut
pote quæ & Gentilitia & Iudaica
antiquior , ab initio mundi ad
hanc

hanc usque diem durauit, annos
nimirum 6733. Computantur
enim à Christo nato in hanc us-
que diem anni M. D. XXXIII.
at ab exordio mundi ad natalem
Domini 5199. Etenim probauimus
fidē Abrahæ, Adæ & Chri-
sti fuisse eandē. Sed & Eusebius
L. lib. eccl. histo. cap. I. idem no-
biscum asserit, cuius uerba nō pi-
gebit ascribere, nō tamen omnia.
Locus em̄ prolixior est, sed mul-
tis nominibus dignus q̄ diligen-
ter legatur. Omnes illi, ait, qui ab Christi
na siue ea
Abraham sursum uersus usq; ad angelica
fides o-
primum hominē generationis or-
dine conscribuntur, etiam si non maiū ue-
tustissima.
nomine, rebus tamē & religione Christiani fuere. Cum enim no-
men Christiani hoc indicet quod
Christo quis credens per eius do-
gnus

EXPOSITIO

et in am fidem pietate ac iustitia
teneat & studijs diuinę adhæreat
sapientiae, atq; omne quod ad uir-
tutem pertinet exequat, si in qua
haec sunt quae uocabulo nominis
Christiani indicantur & ueræ eū
religionis sectatorem designant,
hoc erāt etiā illi sancti, de quibus
supra diximus, uiri qd' Christiani
nunc esse cōfidentur. Necq; enim
aut corporalis eis inerat circumci-
sio, aut obseruatio sabbati (sicut
ne nobis quidē) aut ulla de cibo-
rum obseruatione religio, uel cæ-
tera quae posterioribus per Mo-
sen figuraliter magis & mystice
obseruanda traduntur. Cum igit
tur absq; his omnibus obserua-
tionibus fuerint religiosi illi, quo-
rum supra meminimus uiri, sequ-
ti sint autē fidem eius quem nōs
nunc

nunc sequimur Christi, quem fre-
quenter apparuisse eis & edo-
cuisse uel monuisse ea quæ ad fis-
dem & pietatem pertinent, in su-
perioribus approbauimus, quo-
modo dubitabit ab illis coepisse,
& ab illis esse deductā huius gen-
tis originem, qui & eundem Deū
authorē & ducem uitæ sequeban-
tur & in simili religionis obser-
uantia persistebant. In tantū deni-
que hæc in illis præmissa & præ-
formata religio est, ut ne ipso qui
dem nomine (quod certè solum
differentiam facere uidetur) ha-
beantur alieni, sed & ipsos iam
tunc non solum Christianos, sed
& Christos esse appellatos diui-
na testantur eloquia. Et post alia
quædam argumenta, infert, Non
igitur nouella neq; peregrina est

EXPOSITIO

Christianorum religio uel nuper exorta, sed si fas est libere indicare quod uerum est, prima omniū atq; ex ipsa simul mundi origine descendens, eodem Christo Deo doctore & institutore iam inde ab initio speciem formamq; suscipiens. Hactenus recensui uerba sancti Eusebij. Nunc ergo quem obsecro pigeret poeniterétue laboris uel difficilimi pro testamento dei suscepti, posteaquam constat in hoc omnes sanctos dei ab ipsa mundi origine deū coluisse, imò pro hoc ipso charas posuisse animas? Quē uero in medijs iam sudantem laboribus non animaret uehementissime quod æternus ille deus iureiurando se nobis æternum astrinxit, quod is fœdus illud æternū omnibus ab ini-

tio

tio sanctis sanctissime seruauit:
 Sæpe eñ in pericula cōiecti sunt
 sancti, sæpe ipsa ruinam minita-
 ta est religio, sæpius fusa & sepul-
 ta uidebatur, imò ipse Deus fre-
 quentius suos putabatur dese-
 ruisse: sed mature satis exurgens
 fusis & oppressis impijs uerā reli-
 gionem asseruit semper. Idem im-
 mutabilis & æternus est. Idem er-
 go uel hodie non deerit suis illis
 sibi foedere æterno nexit, ut ut in-
 faniat mundus. Ipsi gloria.

P S A L. XXV.

Omnes uiæ domini sunt gratia & fi-
 des his qui seruant testamentum & fœ-
 dus eius.

